HUGO RIPELIN DE ARGENTINA

Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 40v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



igitur animalia habere estimacionem qua moveantur.
Officium igitur estimare et apprehendere intenciones
non quidem rationis. sed nec unum non apprehendit quid sit sillis
aut nomen aut verbum. sed amiciciam vel inimiciciam
commodum vel incommodum sicut dictum est. Hec vi
tus in medie parte medie cellule ponitur que cala
est ex motu multi spiritus adipam. De fantasia.

F

Fantasia est potencia componens ymagines cum
ymaginibus et ymagines cum intenti
onibus et intenciones cum intencionibus.
Componit inquam fantasia ymagines
cum ymaginibus ut est apprehendere aliquid esse
album et magnum vel diversas formas componere et
fingere chimeras. Componit etiam ymagines
cum intencionibus ut patet in ove que apprehendit
nato suo prebendum ubera et aliendum esse repellen
dum. Per fantasiam est maior cognicio que potest
haberi in anima sensibili per hanc enim non solum scit
presentia. sed etiam sibi providet in futurum per hanc enim
quedam animalia faciunt sibi casas et de cibo sibi
provident in longinquum. Per hanc etiam de
illo scit quod sit idem et alio scit aliud. et sic de omni
eo de quo sententia profertur per modum affectionis
et negocius. Per hanc etiam videmus animalia
aliquid eligere et aliquid refugere. ad electionem autem
et refutacionem preexigitur sententia et discrecio. Ideo
multi dixerunt quod fantasia est aliquid. sed
dominus non esse veram electionem anime sensibilis
sed ad simile. Hec tamen vulgo vocatur in homine cogitacio. cum
tamen proprie cogitare sit rationis. Fantasia operatur in
somno sicut vigilia. Quia autem in somnis res
videntur esse presentes. hec est ideo quod fit reversio ad sen
sum communem. Ista potencia quando coniuncta est
rationi sicut est in homine tunc accipit agendi et operandi

ut est apprehendere omnes formam lupinam ac figuram
componere quod intencionis cum intencionibus ut